

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1223 - 1224

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

vivit actio, cujus se facit littera defensorem. noscant igitur presentes et sciant futuri presentem paginam inspecturi, quod, cum inter nos et nobilem virum dominum Hugonem comitem de Luzelenstein super quibusdam dampnis nobis illatis dissensio verteretur, tandem mediantibus quibusdam nobilibus viris et discretis tali conditione
 5 lis omnis atque discordia inter nos et ipsum sopita est : veniens igitur apud Argentinam jam dictus Hugo comes et tam coram nobis quam ministerialibus nostris et civibus Argentine civitatis castrum suum Luzelenstein et omne allodium suum circa jam dictum castrum infra unius miliaris ambitum libere et totaliter, presente fratre suo nobili viro domino Cûnrado de Ristein, beate Marie domine nostre contradidit
 10 et a nobis sub nomine hereditarii feodi, hominio precedente, recepit. mortuo autem eodem comite, qui proximus heres ejus fuerit, jam dictum castrum cum prefato allodio, si hominium nobis exhibuerit, tam per nos sive successores nostros possidebit. si vero ecclesiam nostram tam in presenti quam in futuro tempore bellum sive controversia aliqua ingruerit et jam dictus comes per affinitatem adverse partis
 15 tamquam homo noster subsidium exhibere nobis nequiverit, jam dictum castrum nobis exhibebit et post diffinitionem belli sive controversie castrum suum sibi reddere tenemur. ad ejus etiam subsidium et juvamen tamquam uni de fidelibus nostris, ubicumque justitiam habuerit et nostri indiguerit, omni, qua decet, diligentia consulentes et auxiliantes assurgemus. et ut hoc ratum sit et inconvulsum permaneat, sigillis nostris capituli et civitatis nostre presentem paginam tam nobis quam
 20 eidem in testimonium fecimus comuniri. acta anno domini 1223 in januario.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 591 or. mb. c. sig. pend. delapsis.

Gedruckt ebendarnach bei Grandidier Oeuvr. inéd. III, 295 nr. 271. Schöpflin Als. dipl. I, 340 nr. 416 (a. 1220) in deutscher Uebersetzung (ex cod. mb. feudali episcop. Argentin. sec. XIV).

25

193. *In einer Urkunde Bischof Bertholds von Straßburg für das Kloster Schwarzach unter den Zeugen*: dominus Reinhardus prepositus, Berhtoldus decanus, Fridericus cantor, Uolricus scolasticus¹, Arnoldus camerarius, Diethelmus dapifer, Hermannus portarius, Fridericus et Rûcherus canonici, nobilis vir Berhtoldus comes
 30 de Sulze et dominus Eberhardus de Eberstein et frater ejus Cûnradus Spirensis et Argentinensis canonicus; ministeriales nostri: Stehellinus Theodericus, Wernherus Begere, Theodericus prefectus, Albertus Cago, Wernherus Cago, junior Stehellinus; cives: Rûdolfus scultetus, Burchardus de Ehenheim, Erbo quandoque judex, Wezelo, Fridericus Spendere et Heinricus camerarius et alii quam plures. acta anno
 35 domini 1224, mense decembris, sedem apostolicam regente domino Honorio pontificatus ejus anno 8, regnante serenissimo imperatore Friderico, hanc paginam scribente Guntero presbitero, sub abbate de Suarzahe Burchardo et Gerungo priore

¹ U[lricus] scolasticus Argentinensis und H[einricus] prepositus sancti Thome erscheinen in demselben Jahre am 24. Juni im Straßburger Münster als vom apostolischen Stuhl bestellte Schiedsrichter
 40 in einem Streit zwischen dem Herrn von Rappoltstein und dem Pfarrer von Sigolsheim. Unter den Zeugen: H. canonico et plebano sancti Martini. Cfr. Würdtwein Noea subs. dipl. XIII, 279 nr. 68 (ex autogr. tabul. Rappoltstein.).